

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Nicolaus Quistorp Peter Becker

## **Aphorismorum Theologicorum Dissertatio I. De Theologia Generice ac specificie considerata**

Rostochii: Wepplingius, 1694

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733814964>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 3. März 1694

Quistorp, Joh. Nic.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn733814964/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733814964/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn733814964/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733814964/phys_0004)

DFG

28.  
APHORISMORUM THEOLOGICORUM  
DISSERTATIO. I.

DE  
**THEOLOGIÀ**

Genericè ac specificè consideratâ,

QVAM

Propitio Ter Sancto Numine,  
Consensu Venerandæ Facultatis Theologicæ,

PRÆSIDE

**DN. JOHANNE NICOLAO  
QVISTORPIO,**

S.S. Theolog. Doct. ac P.P. celeberrimo,  
ad D. Nicol. Past. p. t. Magnifico Uni-  
versitatis Rectore,

**PATRONO, FAUTORE, ac PRÆCEPTORE**  
suo ad cineres usqve colendo,  
placido Amicorum Discursui  
submitter

**PETRUS BECKER.** Rostoch.  
AUCTOR.

**DIE III. MARTII. An. MDC XCIV.**

Rostochii Typis JOH, WEPPLINGII, Univeri. Typogr.

4

1694

**DEO  
ET  
PATRONIS**



29

**T**heologia, vera, viatorum, hominum, post lapsum *Theologia*  
mediatè revelata, est habitus *græciorum*, practi-  
cus tradens, explicans, ac defendens veram  
religionem ad Dei gloriam, hominisq; peccato-  
ris per fidem in Christum ad Deum perducendi salutem.

**Th. II.** Sacra scriptura, unicum Religionis nostræ principium (ut adeo neque libri Symbolici, neque Consensus V. *Scriptura*  
*Secularis*, neque ratio admitti possint) est mens divina tri. *Sacra*.  
nunius Dei jussu, immediato Spiritus S., & res & verba in-  
spirantis, afflatu tradita viris *prophetis*, dum scriberent,  
ab omni errore immunibus, prædictaque & *Autoritate*,  
quam non indigens Ecclesiæ testimonio, aut traditione alia,  
ex se ipsâ a DEO communicatam habet, & perspicuitate  
fidei dogmata clarè proponendi, & perfectione tum quod  
omnia ad salutem necessaria, si non p̄st̄, per bonam ta-  
men consequentiam, contineat, tum quod nec liber ē  
canone perierit, nec fontes corrupti sint, & facultate se-  
met ipsam interpretandi, ut & potestate normativâ, aut judi-  
ciariâ, secundum quam de omnibus tam Doctrinis quam  
Doctoribus judicare oportet; quam mens divina, cuius uni-  
cus tamen sensus literalis, continetur libris V. & N. T. cano-  
nicis strictè sic dictis sermone hebræo (paucis pericopis  
chaldaicis) & græco conscriptis, ut omnis homo cuiusvis  
sit sexus ac status, lectâ & auditâ eâ, per internam atque  
per se vivam ejus efficaciam gratiâ Spiritus S. ad fidem  
& salutem perducatur.

**Th. III.** Articuli Fidei sunt capita Doctrinæ illius Christianæ divinitus in verbo revelatæ, circa quam fides nostra oc-  
cupatur, de iis quam ad salutem creditu sunt necessaria,  
quos cum ex sola revelatione, puros, cum a. & aliquo modo  
ex naturæ lumine constant, mixtos dicimus. Horum alii  
salutis negoti constitutivè concernunt, ita ut im-  
mediatè & proximè in fidem salvificam iufluant, eandemq;  
causentur, & dicuntur A. F. fundamentales primarii, con-  
stitu-

*Contin-  
tentiæ Fidel-  
articulos.*

stitutivi, alii fidem ita quidem non concernunt, cognitio tamen eorum necessariò præ requiritur, & dicuntur A.F. fundamentales Antecedentes, alii non quidem præreqviruntur, impugnati autem illæsò fidei fundamentō, negari nequeunt, & dicuntur A.F. fundamentales secundarii; alii tandem ea tantum concernunt, quæ circa fidem, ut dicimus, adeoque salvō fidei fundamentō & ignorari & negari possunt; qui appellantur A.F. non fundamentales.

Deum  
naturā.

Th. IV. Esse aliquod supremū Numen, unum, immensum æternum, omni potens, omniscium, totum hoc universum & res à se conditas sapientiā & potentia gubernans, vel ex ipsis naturæ principis utcunque, ( licet non ita perfectè, ut hæc sese notitia ad mysteria quoque fidei & personas imprimis divinas extendat, licet non salutariter, verè tamen) novimus; idque vel per notitiam insitam, s. vi reliquiarum sapientiæ in primâ creatione implantata, vel per acquisitam s. rerum creatarum contemplationem. Per viam proinde causalitatis, enimentiæ, & negationis, ex naturâ scitur, ex Scripturâ Deus creditur.

Et rever-  
larione co-  
gnitum.

Th. V. Supernaturalis de Deo notitia est perfecta & salvifica ex Dei ipsius verbô hausta cognitio, tum de ejus existentiâ, quam vel singula scripturæ literæ probant, tum de essentiâ, quæ innotescit partim ex nominibus essentialibus solique Deo propriis & incommunicabilibus, quales אלהי וְאֵלֹהִים & personalibus, quales אֱלֹהִים וְאָדָם ut & Græcis Θεος, κύριος, δεσπότης, partim ex descriptione si non exactâ, cum infinitus definiri nequeat, qualicunq; tamen.

Quodam-  
modo desi-  
nit, essentiâ  
anum.

Th. VI. Essentiam divinam secundum nostrum concipiendi modum quædam attributa consequuntur, quæ tamen nec realiter abs ipso Deo differunt, nec accidentia dici possunt, cum ex parte ipsam essentiam constituant. Horum alia citra omnem ad operationem respectum, & absolutè describunt essentiam divinam, quæ dicuntur *essentia* & *immanentia*; alia ad operationem respectum habent & appellantur *creatio* & *ad extra te exerentia*. Hinc

qvo

quodammodo Deus describitur; quod sit: **E**ssentia **S**piri-  
**t**ualis infinita, una, independens, externa, omni præsens,  
simplex, intelligens, volens, liberrima, bona, justa, sapiens,  
verax, misericors, omnipotens, perfectissima, subsistens in  
tribus personis,

Th. VII. Unica illa, quam descripsimus, Dei essentia, non unam tantum trinominem, sed tres incommunicalibus à se invicem proprietatibus distinctas complectitur personas ὀμοούσιας & ὀμοημίας, quas absq; omni personarum confusione, aut subordinatione, (quā hōc ille dignitate aut potestate major sit) & ita qvidem unitatem in trinitate, & trinitatem in unitate venerari tenemur. Agnoscamus proinde & personarum, ut indefinite loqvar, pluritatem in V. qvoq; T. traditam (qvō ipsō non negamus etiam definitę Trinitatem in V. T. probari) & partim nominibus ac orationibus qvæ occurunt pluralibus, partim locutionibus Dei de Deo, Domini de Domino, comprobatam, & definite loqvendo Trinitatem; Patrem dignentem, Filium ex Patris essentiā genitum, ac Spiritum S. ab utroq; per æternam spirationem procedentem.

Th. VIII. Deus Pater, sic dictus nō ~~est~~ (hāc enim ratio-  
ne Patris nō ~~est~~ totis S. Trinitati competit) sed ~~est~~ saluūs,  
est prima Trinitatis Persona non naturā & essentiā (quia  
personæ inter se sunt ~~emōsionis~~) nec dignitate & excellentiā  
(quia ~~int̄erūs~~) nec successivā consequentiā (quia ~~decaſionis~~) sed  
quia aliunde originem non habet, quæ ab æterno, unius  
eiusdemq; essentiæ communicatione, gignit consubstanti-  
alem sibi Filium & cum Filio spirat ab æterno Spiritum S.  
per eundemque in Spiritu creavit, conservat, ac gubernat  
omnia, mittens in tempore Filium Redemptorem, & Spi-  
ritum S. sanctificatorem. Unde colligitur distingui eum  
à reliquis personis ad intra per paternitatem ad extra vero  
per creationem, conseruationem & gubernationem, ap-  
propriativè ipsi attributam.

A 3

Th.

*Filiū.*

Th. IX. Deus Filius, sic dictus, non per adoptionem, neq; per dilectionem neq; per conceptionem ex Spiritu S; neq; per sanctificationem aut resuscitationem ex mortuis, aut exaltationem, sed per veram essentialē generatiōnēm, est secunda S. S. Trinitatis persona ex essentiā Patris ante omnia secula, unius ejusdemq; numero essentiā communicatione, genita (non facta) consubstantialis Patri & splendor gloriā ipsius, qvæ per propriam subsistit *intra se*, spirans cum Patre Spiritum S, per quam omnia facta, qvæ & in tempore humanam naturam in propriam assumpsit *extra se*, ut Redemptionis opus perficeret. Hinc patet eum à reliquis personis distingui ad intra, per *extra* s. generatiōnēm passivā, ad extra v, per Redemptionē generis humani.

*Et Spir. cum S.*

Th. X. Deus Spiritus S. sic dictus, non ratione essentiā spiritualis, nec essentialis sanctitatis, Qvæ ei cum Patre & Filio communis, sed ratione characteris sui tum ad intra tum ad extra, est tertia S. S. Trinitatis persona, propria subsistens *intra se*, à Patre & Filio intra complexum Deitatis simplicissimū modo ineffabili ab æterno procedens, ejusdem cum illis essentiā & Majestatis, in quā Pater per Filium creavit, conservat, & gubernat omnia, qvæ etiam in tempore tum qvoad dona, tum qvoad ipsam substantiam in corda credentium mittitur, ut per verbum & Sacra menta eadem sanctificet. Ex quibus facile constat characteristicam ejus proprietatem ad intra esse professionem à Patre & Filio, ad extra v. sanctificationem.

*Conspicuū operib⁹, in primis creatione.*

Th. XI. Operum divinorum alia sunt ad intra & quidē partim essentialia, qvæ terminantur ad ipsam Dei essentiam & proinde indivisa dicuntur, partim personalia quæ ad unā, duasve personas terminantur & divisa s. non comunia dicuntur; alia ad extra, & iterum quidē l. interna l. imanentia, quæ intra Deitatis sinum peraguntur, vel externa qvæ extra Deum peracta effectum extra Deum relinquunt. His annumeratur Creatio, quæ est (non ipse Deus, sed) actio Dei (ut adeo neq; Angelis tanquam causa instrumentalis admitti possint) exter.

externa, qua (non solus Pater, sed) tota SS. Trinitas, Pater  
*per Filiū in Spiritu S.* (quæ personæ non ut causæ sociæ, con-  
 currunt d. ob simplicissimam unitatem ut una causa totalis  
 solitaria) neque ex suâ ipsius essentiâ, neq; ex materiâ quâ-  
 dam cœternâ, sed ex nihilo primum negativo, postmodum  
 privativo, (non ab æterno sed) in primo temporis instanti  
 omnia quæ extra divinitatis essentiâ sunt, cùm visibilia tûm  
 invisibilia intra sextiduū liberè (ut adeo mundus non sit per  
 emanationem necessariam) omnipotenti verbo condidit.

Th. XII, Inter manuum divinarum opera principem  
 cum homine obtinent locum Angeli. Sunt autem Angeli ex *Inter  
 verbo Dei apodicticē noti, Spiritus, ir̄ materialia nimirum, torum.*  
 adeoq; nec visibles, nec divisibles, nec mortales, sed per se  
 subsistentes (adeoq; nō potentia à Deo sese exerens) substan-  
 tiæ completae, præditæ & intellec̄tu excellenti (finito tamen)  
 ut per species tantum (quas quomodo alter alteri locuturus  
 cōmunicet, nobis perspicue non liquet) non per essentiam,  
 mysteria quidem per revelationem, futura non nisi ex præ-  
 scientiâ causæ necessariæ non impeditæ intelligent, & vo-  
 luntate liberâ, ad eligendum illud vel repudiandum, quod  
 intellec̄tus eligendum vel repudiandū, dictat, & activitate,  
 (non omnimodā aut infinitâ, sed) limitatâ, licet magnâ; qui-  
 bus & *etiam* s. duratio habens initium non finem, & *ubi*  
 competit. Creati autem à Deo Angelinon ante nec post hoc  
 universum (adeoque intra sextiduum) ad ipsius laudem &  
 servitutem hominisque ministerium, non cultum abs ipso  
 recipiendum. Quorum quidam in concreata sanctitate  
 & veritate persistentes, postmodum in bonitate, quæ o-  
 mnem jam (etiam remotam) ad peccandum potentiam ex-  
 cludit, adeoque perfectâ confirmati, Deo æternum fru-  
 untur. Quidam per liberam voluntatis a Deo, & rectire-  
 gulâ aversionem, ante hominis ad minimum lapsum fa-  
 etam & quidem spontaneam (non n. creati ut necessario  
 labe-

laberentur ) ad judicium reservantur. Quidam vero eorum  
numeris & ordo, per se quidem certus, & minime (quod  
autem  $\gamma\epsilon\alpha\Phi\sigma$  temere afferitur) mutatus, nobis haud liquet.

*Providentia,* Th. XIII. Providentia Dei, quæ (non late sumpta &  $\omega\epsilon\gamma$ -  
 $\gamma\tau\omega\tau\epsilon\delta\tau\epsilon\tau\epsilon\tau$  includit, d. stricte)  $\tau\eta\tau\delta\omega\kappa\eta\tau\omega$  nobis notat, creati-  
onis decretum ordine insequitur, & est actio Dei externa, qua jux-  
ta præscientiam suam necessariam (non tamen ad quicquam mali  
necessitantem s. impellentem) Deus ad omnes res a se creatas etiā  
minimas, præsertim ad omnes hominum (specialissimè fidelium)  
actiones quæ tales s. bonas s. malas, (ad illas quidem promoven-  
de, cooperando, dirigendo, ad has prohibendo, aut permittendo,  
suo modo impediendo, omnia tamen in bonum finem dirigendo;  
& nullo causarum genere mali quicquam producendo) generali,  
(salvo nihilominus speciali, quo etiam ad hanc vel illam actionem  
adest) influxu concurrit, ita quidem ut (minime fatalem iis necessi-  
tatem inferat, sed) specificationis libertatem singulis permittat;

*Conservatione & Gubernatione.* Th. XIV.  $\tau\eta\tau\delta\omega\kappa\eta\tau\omega$ , quæ providentiae nobis nomine  
venit, actus est & Conservatio quæ Deus ex merâ bonitate omnes  
creaturas sustentat ac conservat, tūm per influxū illum quo intimè  
essentiis illabitur (s. ut alii loquuntur per ad essentiā ad creaturest substantiale) tūm per efficacem ac omnipotentem operationē, quæ  
ut in alia, ita ad hominis vitam se se extendit, consideratam in in-  
gressu, processu, ac exitu, ad mortem usq;, cuius terminus quatenus  
merè physicus certus quidem sed mutabilis, quatenus vero nō pu-  
rè physicus, sed ab homine vel præcipitatur vel differtur (idq; vel  
physicè per diætam, medicamenta, aut violentas manus, vel mora-  
liter per actiones suas moventes Deum, si bonæ, ad prolongandam,  
si malæ ad de curtandam) in provisione Dei immutabiliter certus  
est; & Gubernatio quæ creaturest tum  $\mu\alpha\kappa\epsilon\eta\kappa\epsilon\mu\zeta$  tum  $\mu\alpha\kappa\eta\kappa\epsilon\mu\zeta$   
moderatur, ordinat, & ad fines suos dirigit, secundum sapientiam  
justitiam ac bonitatem suam. Quæ & ipsa vel ordinaria, quæ Deus  
juxta illum a se institutum naturæ ordinem procedit, vel extra  
ordinaria, quæ ipse tanquam naturæ Dominus & præter naturam  
agit, ad sui gloriam ostendendam, ad piorum salutem promo-  
vendam vel impiorum malitiam coercendam.

DISP: II.

## DISP: II.

DE CHRISTOLOGIA, ET QVIDEM DE PERSONA  
SALVATORIS.

Th. I.

**A**bsolvitur nobis Christologia Personæ, Officii, ac Status consideratione. Persona itaque Christi (hoc loco considerandi non qualis ab æterno fuerit ante incarnationem, sed qualis esse cœperit in temporis plenitudine) unica eviderit (ut in ipso licet ~~ad hanc ad~~ Christus quæ personam unus duabus constat naturis)

minimè tamen ~~ad hanc ad~~ veruntamen duabus, ut ut maximè differentibus (proprie tamen loquendo non contrariis) constans naturis (sumpta quidem naturâ eo sensu, quô idem, quod substantia completa, per se suam constituta, & in se habens principium omnium operationum; quam ex Patribus plurimi per Christum lubentius ac per seipsum exprimere voluere, cum haec nudam tantum essentiam, illa autem præter eandem proprietates subinnuat) divina & humana unde & ~~Deus, dicitur~~ (nomine Ecclesiastico) haud incongruè appellatur.

Th. II. Natura hujus ~~Secundum~~ divina (comprobata in sacris literis partim nominibus iisque essentialibus vel personalibus, vel officialibus, partim re ipsa, attributis nimis, & operibus divinis ac cultu soli Deo proprio, imo expresso S. Scripturæ testimonio) non est nisi illa ipsa essentia divina, quam Filius habet numero eandem cum Patre & Spiritu S, ita tamen ut solus habendi modus differat. Verè itaque secundum hanc ipsius naturam Filius Dei ~~omnison~~ dicitur, ut pote naturalis consubstantialis, & ~~avito~~ non ratione essentiæ communicationis (sic enim à Patre communicatam accepit essentiam, qui tamen exinde neque Filio prior, neque causa ejus dici poterit) sed ratione, ut ita loquar, essentiæ suæ æqualitatis, se ipso quidem, & in se ipso non autem à se ipso Deus.

Th. III. Præter divinam hanc datur etiàm humana in Christo natura, quam nimis in tempore assumpsit non è substantia Spiritus S. (quasi ille Pater ipsius dici possit) sed è substantia Mariæ (non ergo corpus ejus Mariam tanquam canalem tantum pertransiit) seu sanctificato per Spiritu S. & ab omni vitiâ labe

B

labē purificato ejus semine, non tantum quoad partes essentiales animam sc. rationalem intellectu & voluntate sua praeditam (non enim repugnat duas in Christo esse voluntates) & corpus verum quidem (non apparens *φάρασμα*) sed & integrantes; imo quoad proprietates etiam, quae tamen vel cum tota specie humanâ communes (quarum quædam iterum aut toti ejus naturæ competunt ut: *creatum esse*, hac enim ratione Christus creature dici potest, *finitum esse*, aut unj ejus parti, ceu animæ: *intelligere*, corpori: *bibere &c.*) vel individuales sunt, quales: *avuπεοιος* s. propriæ subsistentiæ carentia (compensata tamen excellentiori ἐποσάσι) *ἀναμαρτησία* inhæsiva, & singularis perfectio, tum animæ (ut in intellectu, voluntate, & appetitu) tum corporis quæ consistit in *εὐχρηστίᾳ*, s. exactissimâ temperamenti proportione, immortalitate, incorruptibilitate. Nil ergo impedit, quo minus Christus nobis *ομοσόντος* dici possit, quod nimirum essentiam nobis consubstantiale & habuerit & retinuerit.

*Ita: ut hanc  
illa affue-  
mens.*

Th. IV. Unitio, quæ ab unione in statu utique differt, s. ut alias vocatur *incarnatio* est actualis utriusque naturæ divinæ & humanæ conjunctio & in unam hypostasin coalitio, quæ nimirum (non excluso si inchoative seu efficienter consideratur Pater & Spiritu S.) Filius Dei, in quem hoc opus supernaturale terminatur, sive *natura secundæ Trinitatis personæ divina* (non absoluta, sed) characterisata s. hypostaticè limitata, in tempore ex Maria virgine assumptis (non hominem, sed) humanam naturam *ἀνυπόστατον*, sanctam (ex obumbratione Spiritus S.) integrum (non partem tantum) in individuo (non generice) spectatam. Hujus incarnationis actus quasi sunt *obumbratio* Spiritus S. (quæ non nudam & ordinariam *πλαστεγίαν*, sed singularem & extraordinariam involvit *θαυματεγίαν*) massa ad locum generationis *deductio*, ejusdem *sanctificatio*, & in *ὑπόστασιν* assumptio, quæ tamen omnia in ipso incarnationis momento simul facta, ut adeo de ordine curiosa nimis sit quæstio, quæ superdere possumus. Facta autem incarnatio nullum alium, quicunq; deum ille sit, in finem, nisi ut Christus (non incarnandus si homo non peccasset) omnes nos à peccati reatu liberaret, Deoque

recon-

33

reconciliaret. Fluunt ex hac unitione ejusmodi propositiones: cum de concreto simplicis persona  $\tau\alpha\lambda\omega\gamma\tau\alpha$ , actus ille unionis cum humana natura enuntiatur.

Th. V. Unionis *status* (personalis dictæ ob terminum in quo, quia in una  $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$  duas naturæ coacescunt, ob terminum ad quem, quia ad unum  $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$  concurrunt, & ob singularem modum) est duarum naturarum *indissolubilis* (ut nempe actu ipso nunquam separantur) *indistans* (ut adeo nulla natura sit aut extra, aut citra alteram) *inconvertibilis* (ut adeo altera in alteram nullo modo mutata) *inconfusa* (ut adeo distinctæ maneant) h. e. arctissimæ unio, quæ, uti non est *naturalis*, ita nec *essentialis* (quasi ex duobus incompletis una essentia ab illis distincta prodierit) neque per nudam tantum est *sustentationem* aut *adhesionem*, aut *alterationem*, aut *abversionem*, nec in mea consistit prædicatione, sed penitissima est & plane singularis, verbo: personalis, qui unionis modus & intimam naturarum ad se invicem involvit præsentiam.

Personale  
terram sibi  
un. erit.

Th. VI. Accuratori arctissimæ hujus unionis explicatiōni inservit tum *Communio naturarum*, quæ ab ipsa unionē & ordine differt, quia unionem demum insequitur, & habitudine, ut loquuntur, quia unio est reciproca, utraque namque natura ad alteram concurrit, communio verò minime reciprocatur, cum divina sese activè, passivè humana habeat natura; & consistit in profundissima  $\pi\kappa\chi\omega\pi\eta\tau\alpha$ , secundum quam  $\lambda\omega\gamma\tau\alpha$ , i. e. divina natura permeat, pervadit, penetratque carnem, i.e. humanam naturam, haud secus ac ignis ferrum, & anima corpus, ita ut hæc ab illâ circum incessa totius plenitudinis Deitatis particeps fiat. Unde recte dicimus humanam Christi naturam, in unitate  $\tau\alpha\lambda\omega\gamma\tau\alpha$  spectatam ad SS. Trinitatem pertinere, & Christum secundum humanam naturam, unionis hujus gratiâ esse naturalem (non adoptivum,) Dei filium; tum  $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$  *communicatio*, quæ nempe, vi unionis hujus personalis Filius Dei sive  $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$   $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$  illam, ipsi soli propriam, i. e. ipsissimum  $\tau\alpha\lambda\omega\gamma\tau\alpha$  humanae naturæ, per se antea non subsistenti, singularissimo modo verè & realiter communicat, ita ut utraqvæ natura in unâ illâ personâ redemptionem generis humani perficiat,

intima  
 $\pi\kappa\chi\omega\pi\eta\tau\alpha$   
es  
 $\wp\pi\sigma\sigma\tau\epsilon\tau\alpha$   
communi-  
catione.

*Unde & præ  
dications  
personales*

Th. VII. Ex hac naturarum unione personali fluunt quædam prædicationes, personales dicitæ (quia ab unione utriusque naturæ, qvæ fit mediante *ιντιμησι*, ut & intimâ *περιχωρήσι* dependent) & ejusmodi sunt enuntiationes, in quibus concretum unius naturæ, de concreto alterius naturæ (ubi notes: concretum naturæ esse personam ab una natura denominatam, & opponi concreto personæ; i.e. personæ ab utraque natura denominata) realiter, non mere verbaliter, vere, non identice aut tropicè, neque essentialiter, neque univocè, nec paronymicè, sed singulariter ac inusitatè prædicatur.

*Si idioma-  
tum pri-  
mum,*

Th. VIII. Sequitur porro ex hac personali unione *idiomatum* (qvæ vox non tantum attributa & propria, sed & latius sumpta, actiones passiones *ἐργάματα*, *δοκελέματα* comprehendit) communicatio tribus distincta nobis generibus. Primum est, quando proprietates s. divinæ s. humanæ naturæ toti personæ τῷ λόγῳ (denominatae modo ab utrâque, modo ab alterutrâ naturâ) vi unionis illius personalis vere, realiter ac propriè tribuuntur, idque vel subintellectis vel explicite additis particulis determinativis aut distinctivis (minime verò separativis) qvæ ad prædicatum relata suis vindicantur naturis. Cum itaque de personæ concreto sive Christo ab utraque naturâ denominato propria & humana & divina prædicantur, *ἀνίδος*, voce quidem specialius sumptâ, vocatur. Quando de persona λόγῳ εργάμενος ab humanâ natrâ denominati prædicantur divina attributa, dicitur *κοινωνία τῶν θείων*; cum denique de concreto naturæ divina enuntiantur humana, dicitur *ἰδομῖνος*.

*Secundum*

Th. IX. Aliud, nobis in ordine secundum, Genus, Majestatis communicatio alias dictum, est, quo λόγος *ἐργάμενος* divinæ suæ naturæ gloriam & excellentiam [ad eo que dona infinita] partim ad mediatam prædicationem (respectu *ἀντεγνήσι*) partim ad immediatam usurpationem & denominationem (respectu *ἐργάζομενος*) omnia tamen ad communem possessionem humanitati hypostaticè sibi unitæ, per unionem illam naturarum acutissimam & intimam *περιχώρησι* vere & realiter i.e. *κοινωνίαν* non essentialē, nec accidentalem, sed personalem communicavit.

ut

34

ut adeo (essentiâ distinctâ manente) humana natura divinæ proprietatem, vim, & efficaciam ita quidem participat, ut inde oriantur prædicationes in quibus *αυχηματα* divinæ naturæ de persona incarnati verbi (modò nomine concretivo personæ, modò naturæ, modò abstractivo personæ, qvod æquipollit concreto naturæ, denominati) paronymicè, non synonymouscè, medianisibus particulis (quæ h. l. non notæ proprietatis sunt, sed ostendunt secundum quam naturam *αυχηματα* divina Christo in tempore data sint) prædicantur.

Th.X. Tertium communicationis Genus *κοινωνία διατριβής* dictum est, cum utraqve natura (divina quidem originaliter, humana v. organicè) in producendis officiis mediatorii actionibus s. apotelesmatibus (qva ab energemate in eo differt, qvod hæc unius naturæ effectum divinæ divinum, humanae humanum; illa v. utriqve naturæ communem, ex distincto, in operando tamen non divisio, divinæ & humanae naturæ energemate connotet) tum ob appropriationem hypostaticam, tum ob majestatis communicationem, agit qvod suum, cum communicatione alterius, ita ut inde prædicationes orientur, in quibus apotelesmata officialia de persona, vel ab utraq; vel ab alterâ natura denominata verè & realiter prædicentur, & hæc quidem ratione, ut qvod humanum in apotelesmate de divina *ἰδιωτικώς* (juxta primum communicationis Genus) & qvod divinum de humana *καθ' εναντίον* (juxta secundum communicationis Genus) enuntietur.

## DISP. III.

### DE OFFICIO ET STATIBUS.

Thes. I.

**A** Personâ Christi ad ipsum ejus mediatorium, nobis triplex, officium procedimus. Primum sit *prophetæ*. *cum* qvod (licet mittendo quoque Pater, ungendo Spiritus S. concurrent) in peragendo tamen soli Filio adscribitur. Consistit autem in eo, qvod Christus *θεάνθρακα* secundum utramque naturam verus noster mediator, tanquam veritatis cœlestis Doctor (non raptus prius in cœlum ibidemque edocitus) & de legali (ut tamen non nova sed jam in V. quoq; Testamento cognita præcepta tradiderit eademque rectè interpretatus

B 3

*Idem ille  
Iesu Christus  
πρόφετας*

*fit)* &

fit) & præcipue de Evangelica Dei voluntate tum immediate  
s. autoworātus, tum mediæ per Apostolos sufficientissime ho-  
mines informavit, ut omnes omnino (quantum ad voluntatem Dei  
antecedentem) ad veritatis agnitionem perveniant.

Sacerdos

Th. XII. Officium ejus *sacerdotale*, secundum quod Sacer-  
dos magnus s. Pontifex dicitur, est, quo Christus *rex p[ro]p[ter]a* ex  
æterno triunus Dei consilio (nullo modo jure naturæ obligatus)  
liberè, lubens volensque ut Sacerdos æternus Deo peccatis  
nostris offenso (non ut nudo creatori, sed ut justissimo ac infini-  
to judici, infinitum vii justitiae infinitæ exigente pretium, specta-  
to) pro peccatis hominum (non Angelorum) se offert partim in  
*Satisfactione*; recipiendo nimirum omnium omnino hominum  
(non fidelium tantum) peccata, pro iisdemq; & *attivè*, i.e. per-  
fectissimâ suâ obedientiâ & legis divinæ impletione, & *passive*,  
h. e. omnium pœnarum (adeoq; & infernalium) peccatis prome-  
ritarum perpessione, satisfaciendo; (num ad hoc unica sufficerit san-  
guinis ipfus guttula, vestrum non est o[mn]is morales definire, verba sunt  
D. Danhaueri.) pacemque cum Deo, justitiam, imo æternam salu-  
tem nobis (sibi nil qvicquam) promerendo, qvæ princeps sacer-  
dotalis officii pars, non mera tantum præparatio est; & partim in *In-  
tercessione*, qvâ pro omnibus omnino, imprimis fidelibus, vi me-  
riti hujus verè ac realiter, *Georgianas* tamen, etiamnum in coelis  
intercedit (actu à Spiritu S. intercessione distincto) ad im-  
petranda qvæcunq; iis salutaria esse novit.

Rex nos

Th. XIII. Regium ejus officium est, qvô ut Rex summus spiritualis  
& æternus, secundum utramque naturam (salvo tamen haben-  
di modo) majestate & virtute omnes omnino creaturas mode-  
ratur, idque tum in regno *Potentie* in qvo (utens non nunquam  
ministerio Angelorum) dominio potentissimo (secundum quod  
& in mediis inimicorum dominatur) & præsentissimo (secundum  
quod omne & etiam qvo ad humanam naturam verè & substan-  
tialiter præsens, replet) omnia in universum manuum suarum o-  
pera gubernat ac conservat; tum in regno *Gratiæ*, cum nimirum  
(utens Ecclesiæ ministrorum, Magistratus, Parentum, imo cu-  
jusvis Christiani ministerio) per verbum & Sacra menta omnes  
omni-

75

omnino hominē secundum antecedentē suam voluntē) maximē vero pios ac fideles, tanquam Ecclesiam sibi collectam divinā virtute regit, conservat, ac protegit; tum in regno Glorie, quo secundum divinam naturam ab æterno, secundum humānam ab ipso exaltationis ad Dextram Dei momento, omnibus cœlestis illius vitæ incolis, tum Angelis tum electis gloriofissimè præest, omniqve eosdem felicitate æternum beat.

Th. XIV. Ex dupli carnis Christi conditione, ignominia & gloria, duplex (ut adeo non detur intermedius) oritur Exinanitionis nimirum & Exaltationis Status. *Exinanitio* (qvæ male incarnationis nomine venit, quasi carnis assumptione absolvatur) est ille Christi ~~deus~~ <sup>status</sup> quo is secundum humanam (minime utramque, cum divina ~~anaglyps~~ nullius deteriorationis aut meliorationis sit capax) naturam statim à primo incarnationis momento (non à passionis deum tempore, multo minus immediatè post Adami lapsū) sese formâ Dei i. e. *majestatis* (non naturæ s. essentiæ) *divine* usū plenario & incessante verè (non per nudam tantum occultationem neqve per omnimodam abjectionem) liberè tamen & ad tempus abdicavit; ita quidem, ut se ipsum divinæ gloriae omnipotentia, omnislaintia, Omniscientia, omnipræsentia (qvæ quo ad nudam ~~adiecasatio~~ nunquam, quoad conjunctam operationem utique cessavit) *χριστο*s evacuarit, in assumptâ servi formâ (qvæ nullo modo naturam humanam, sed miserrimam notat conditionem) obediens patri factus usque in mortem crucis.

Th. XV. Ad hunc exinanitionis statum pertinet, uti ejus *conceptio*, ita *nativitas*, qvæ denotat ipsius Dei infantis, tanquam veri ac perfecti hominis, ex virginis Mariæ (qvæ licet multis ornata virtutibus non tamen ab omni peccati labe immunis) utero veram & realem (non putativam aut phantasticam) ad has lucis auras egressionem (cujus modum, Scripturâ S. apodiciticè nil affirmante, & nos non determinamus) factam in urbe Bethlehem (non in spelunca qvadam extra urbem) completo & exacto, quod incarnationi Filii Dei divinitus præstitum erat, tempore.

Th. XVI. *Passe* (ad qvam inchoativè consideratam *omnis* *passe*)

Formâ servi  
assumptâ.

*natus*

*omnis*

DFG

omnis illa p̄tinet miseria, quam à primâ statim infantia per integrum vitæ curriculum Salvator perpeſſus eſt) in eo coſſitit qvod Filius Dei ἐν ὅροις ſecundum naturam humanam, tam qvoad animam omnesque ejus & ſuperiores & inferiores facultates, quam quoad corpus, omniaque ejus membra verè & proprie(non Φαινομένως) ſpontē tamen & voluntariè ex divino coſilio(non caſu & fortuito) innocenter (nullo modo ex ſuis ipſius meritis) fuſtinuerit non tantum mortem corporalem (quorū referimus perſecutiones, iñfidias, vincula, verbera, ſcommata, vulnera, in ineffabilesq; dolores) ſed etiam ſpiritualem, cruciatus nimirum ac dolores infernales (qvos licet verè ſenſerit, non tamen ab iis ſuperatus desperavit) extorquentes ſudorem verè ſanguineum, miraculoſe tamen & ſupernaturaliter profluente. Eminet in hac paſſione derelictio, de quā Christus in ſuā (non hominum peccatorum) perſonā conqueſtit, coſtſens non in deliqvio ipſius diuinitatis, non in subtractione coſmunicatæ Majestatis, nec in diſſolutione unionis hypostaticæ, nec formaliter in ſenſu dolorū infernalium, nec in nudā externi auxilli denegatione, ſed potius in gratiæ cœleſtis ſolatii ac dulcediniſ, ex inhabitante Deitate redundantē ſolita, interioris ſenſus privatione & ad tempus factā subtractione.

*mortuus ac ſepultus eſt* Th. XVII. Paſſionem denique inſequitur Mors & ſepul- tura. Aſſerimus quippe Christum Ἰατέρων ſecundum humanam ipſius naturam ad triduanum tempus vere fuſſe mortuum, ita tamen ut licet anima à corpi non ſoluta tantum ſed etiam verè fuerit separata, nihilominus ille in triduo mortis verus remanferit homo (non dixerim cadaver) & rupto qvidem, non personali, ſed naturali inter animam & corpus vinculo, eſſe tamen minimè deſierit. Ex anime vero ipſius corpus poſtmodum ſepulchro traditum.

*depoſitā poſt modum ſervi & affum- ptā Dei for- ma* Th. XVIII. Exinanitionem inſequitur (non enim ejus meritoria cauſa eſt) Exaltatio, qvæ Christi Ἰατέρων ille ſtatus eſt, qvo is ſecundum humanam (non utramq; naturam depositā ſervili formā, & vivificatus propriā virtute (per redunitiōnem animæ cum corpi) ē profundissimā *revivēcī*, evenctus eſt ad plenariam, universalem, & nunquam terminandam Majestatis divinæ uſurpationem. Unde patet Exaltationem neq; in merā do- norum finitorum collatione, neq; in occultæ gubernationis cum apertā & manifeſtā permutatione coſtſere.

Th. XIX,

36

Th. XIX. Primus Exaltationis gradus est ad inferos de-  
scensus (quippe qui talis fidei Articulus, ut ejus si non ignoratio, ne-  
gatio tamen & oppugnatio damnet, fundatusque in Scri-  
ptura S.) quo Christus secundum humanam naturam eamque  
totam (non animam tantum) post vivificationem suam  
(non ergo in triduo mortis) ad ipsum damnatorum ac tor-  
mentorum locum (minime ad Patrum aut infantum limbum sive  
centrum terrae concludens & beatorum, salvatorem expectan-  
tium, & damnatorum animas) vere & realiter, non metaphorice  
(quasi denotethic descensus passiones infernales, aut tristissi-  
mas mortis ac sepulchri tenebrositates) nec metonymicè (quasi  
merito suo sive mortis efficacia descendenterit) abiit, ut spiritibus (per  
quos non homines in peccatis mortuos aut morti destinatos cum  
Episcopio intelligimus) in carcere infernali existentibus prædi-  
caret, concione (non evangelicâ, sed) legali & terrificâ, quâ  
se ipsum inferorum potestatem evertisse, & credentes è faucibus  
inferni eripuisse (non ut tum demum animas beatorum inde  
eripere veller) testaretur,

Th. XX. Descensum ad inferos excipit Resurrectio (stri-  
cte quidem sumpta, quatenus à reviviscentia distinguitur) quâ  
nimirum Christus  $\text{Ἰησοῦς}$  secundum humanam naturam,  
per eandem cum Patre & Spiritu S. communem, assumptaque  
humanitati viunionis personalis competentem (ut adeò propriâ  
Christus virtute resurrexerit) potentiam è sepulchro, clauso ad-  
huc, idem numero corpus omnibus, carne, & cute vestitum (quod  
antea ceciderat) per iteratam animæ unionem vivificatum, spiri-  
tualibusque donis glorificatum, tertio demum à morte die,  
reduxit, ut nos de plenariâ reportatâ victoriâ certi, vi hujus  
resurrectionis, ad æternam resurgere possemus vitam.

Th. XXI. Sequitur in cœlos Ascensio (stricte quidem hoc  
in loco sumpta, prout visibilem Christi in altum elevationem  
notat) quæ in eo consistit, quod  $\text{Ἰησοῦς}$ , ad Dextram Patris  
eveneret, quo ad naturam humanam potentiam illâ divinâ, huma-  
nitati communiicata, (non ut evectio humana, actio divina naturæ  
sit propria) à monte oliverie eodem quo passus (non alio) corpore se se  
supra omnes cœlos ad  $\text{τὸν}$  beatorum, sive cœlum increatum (non  
ergo inter sidera affixus hæret, nec cœlo empyreo ut alio increa-

C

to in-

ad inferos  
descendit

resurrexit

ascendit in  
cœlos

DFG

to includitur, exinde non nisi ad extrēmum judicii diem reversus) elevavit, & quidem non nudā tantūm disparitione, sed verā re-aliquā loci mutatione (secundum liberam tamen dispensationem, non autem corporis physicam indigentiam) i.e. sublatione (quā invisiibilem ipsius in his terris præsentiam non tollit) activā & suc-cessivā (quā tamen non impedit quo minus postmodum simul-taneū raptus quasi dici possit) donec nubes visum terminaret.

*Seditq; ad  
Dei Patris  
dextram.*

Th. XXII. Ultimus Exaktionis gradus est Sessio ad Dextram Dei, (sumptā dextrā θεοπεπτῶς) quā secundum naturam (non divinam tantum, neque utramque sed) humanam exalta-tam (non ab æterno, nec in primo statim unionis hypostaticæ mo-mento, sed) factā in cœlum ascensione ad Dextram Dei, limita-tè ad primam Trinitatis personam conside ratam, (minimè locum corporeum aut finitum denotantem) consedit; i.e. plenarium, uni-versale, ac gloriosum Majestatis divinæ Dominum, conjunctum cum substantiali & essentiali propinquitate & adesentia, occu-pat, in eodemque virtute merè divinā potentissimè (quantum ad regnum potentiarum) gratiosissimè (quantum ad gratiarum regnum) & gloriofissimè (quantum ad gloriae) incessanter ac in omnem æternitatem regnat. Unde patet sessionem ad dextram non deno-tare ipsam incarnationem, nec finitam quandam prærogativam nec vicariam cum Patre gubernationem, neque merè gratiosam adversus hostes protectionem & defensionem.

## DISP: IV. DE ANΩΡΩΠΟΛΟΓΙΑ.

Th. I.

*Hominis ad  
imaginem  
Domi Primum  
conditi.*

**F**elicissimè quondam primum totius humani ge-neris par (fictios enim Præ Adamitas cum Scripturā ignoramus) Adam & Eva in Paradiso (in quo, non allegoricè exponendo, ut per Arbores Angelos, per flu-vios virtutes cœlestes intelligas, moleste haud fuere occupati) degebant, quoad animam (quā nec sola essentialiter hominem constituuit, nec à Spiritu ita differt, ut tertiam ille hominis es-sentialēm constituat partem) & quoad corpus, conditi uterq; (adeo-que etiam Eva) ad Dei (non in puris naturalibus) imaginem seu

seu similitudinem (quippe haec voces non ita differunt, ut per imaginem substantia; seu natura animae ejusque potentiae; per similitudinem vero dona, seu perfectiones ejus intelligentur) in naturali (non ergo viribus naturalibus superadditum est donum) perfectione totius hominis, omniumque ejus virium, tum inter se, tum in ordine ad actus suos (quis enim dixerit cum virium rebellioni) rectitudine, quam originalem justitiam (haud secus ac animam ipsam) posteris communicare aptus erat. Quemadmodum autem imago DEI neque ipsa hominis erat substantia, neque in hac vel illa tantum cum DEO similitudine, nec in corporis structura, multo minus in Christi humanitate, aut conceptu quodam in mente DEI idea, nec in assumpta a Deo formam consistebat; ita vere excellens cum Deo erat conformitas, eaque vel principalis quantum nempe ad animam; Intellectus quippe perfecta Dei notitia summaque (quis enim stupidam illam ac puerilem Adamo afflictam probaret ignorantiam) gaudebat rerum naturalium scientiam, quae tamen nec omne incrementum, nec ignorantiam puram negationis excludit; Voluntas naturali ad bonum propensione, liberaque executione, ut sanctus proinde & non peccabilis (quod nempe potuerit non peccare) dici possit; Appetitus sensitivus cupiditatum & affectuum cum recta ratione convenientiam, ut castus, purus, ac integer fuerit; quae principalis excellentia justitiae ac integritatis nomine ~~en~~ οξην venit. Vel minus principalis quantum ad corpus, cum hoc ipsum quod ad dolores impassibile, & non mortale (non enim s. peccasset s. non peccasset, debuisse mori) fuerit. Accedit quoque secundario Dominum in animalia (in quo tamen primarij imago non sita fuit) quod ad astra quoque & Angelos sensu extendisse, falso presupponitur.

Th. II. Cum autem Protoplasti (in iisque nos omnes, propter totius humanae speciei in illis existentiam) liberrime (cum Deus ideo non creasset ut laberentur) svalu Diaboli (obsidentis naturalem, per quem loquebatur, serpentem) tam legem moralis virtualiter violando, (per incredulitatem s. non habitam verbo DEI fidem, per superbiam in affectu Deiformitate, per inordinatam prohibiti appetitionem), quam legem illam immediata-

*post lapsum  
vero origi-  
natim*

tam, de non comedendo fructu, actualiter transgrediendo peccarent (quod dicitur *originans*) imaginem illam planè deperdiderunt (non ergo illæsa mansit imago, aut ea adhuc post lapsam hominis natura, qualem à manu creatoris acceperat) & non sibi solum sed posteris quoque omnibus amiserunt, ut vix quædam amplius supersint rudera; cui amissione accedit insuper totius naturæ (non ergo inferioris tantum partis) seu omnium vi- rium (quippe non est ipsa hominis substantia) intima ac penitissima depravatio, ita ut in intellectu non solum ignorantia rerum naturalium, sed & de rebus spiritualibus perverse judicandi pronitas, in voluntate ad malum propensio, in appetitu rebellantes ac inordinati habitent motus, quæ intima naturæ pravitas (non *morbis* seu *conditio quedam* nominanda) naturaliter (non ergo imitatione tantum) in omnes omnino (adeoque & Mariam) Adami posteros, excepto Christo, verè (non quoad reatum tantum) propagatur; & licet non adventante etiam ratione aut voluntatis consensu nascatur, (adeoque etiam in infantibus) imo licet per Baptismum reatus ejus tollatur (adeoque etiam in renatis) veri tamen nominis peccatum est, reos eosdem faciens (cum nullum peccatum per se veniale, seu tale quod aeternâ morte non sit dignum) ac subjiciens temporalibus pariter ac aeternis poenis,

*Actualib⁹ obnoxii peccatis*

Th. III. Ab intimâ hac naturæ depravatione *actualia* demum omnium (absque enim peccatis nemo) imo & rationis usu destitutorum infantum, & regenitorum peccata dependent, quibus vel boni omissione, vel mali commissione à lege Dei recessunt. Ex diverso autem respectu diversimode, cum non omnia peccata sint paria, dividuntur. Potiores sunt divisiones, quo peccatum vel dicitur *voluntarium* (alias *proæreticum*) quando homo seu regenitus seu irregenitus certo animi proposito (quod in infantes quidem non cadit) contra legem Dei agit; quod si verò illud, quod agit tum in se tum ex peccantibus ipsius iudicio cum iure divino aut humano pugnat, dicitur peccatum contra conscientiam rectam; si id quod agit, licet revera agendum non erat, agendum tamen judicat, dicitur peccatum contra conscientiam erroneam; si id agit, quod agendum intellectus ob rationes aut probabiles aut tutiores judicat, dicitur peccatum contra conscientiam

tiam probabilem; si denique agit de quo ipse, an agendum, dubitat, contra conscientiam dubiam peccare dicitur; vel in voluntarium absit enim omnia peccata esse voluntaria (seu quæ absq; voluntatis consensu sunt, non esse peccata) quando neimpe seu regeniti, sive irregeniti ex nulla certa scientia, seu animi proposito contra legem Dei agunt; & hoc qvidem quando regenitis invitatis ex caligine mentis, per Spiritus S. illuminationem non penitus sublatâ, obrepit, peccatum ignorantiae; cum sine certo proposito, infirmitatis peccatum dicitur. Est porro vel *veniale* [non suâ naturâ] qvatenus in renatis, per Spiritum carni resistentibus, hujus peccati reatus ob continuam pœnitentiam tollitur, nec subjecto (non excutienti fidem & inhabitantे gratiam) imputatur; vel *mortale* qvatenus nempe renati (aut irregeniti) carni non resistendo sed pravâ voluntate consentiendo, fidem & inhabitantem gratiam totaliter excutiunt. Aliud in *Spiritu s.* (de qvo male dubitas, num sit) cum homo illuminatus antea (non dicam irregenitus) & de veritatis certitudine convictus, doctrinam evangelicam sufficienter agnitam ac probatam, ex liberâ & non impedita voluntate factâ ab negatione, hostili oppugnatione, virulentâ blasphematione oppugnat, cui inseparabiliter accedit (licet ad essentialia non pertineat) finalis perseverantia. Solum hoc peccatum irremissibile. Aliud in *Filiu mōinis* quando adulti, notitiam veritatis evangelicæ adepti, aut scienter [non tamen liberâ plane, sed extrinsecus ligata voluntate] eam abnegant, sive accedat blasphematio & oppugnatio, seu minus, aut per ignorantiam eandem hostiliter oppugnant & blasphemant.

Th. IV. Qvemadmodum v. Deus sub communī hæc peccati ac misericordia ratione homines intuetur, ita secundum benignissimam in eos voluntatem intensissimè motus, non tantum omnes (est enim universalis hæc voluntas seu signi, seu beneplaciti dixeris) in peccatum prolapsos salvos fieri serio vult ac expetit, sed & media (utiq; ergo hæc voluntas, ordinata non ab soluta) ad hunc finem obtinendum sufficientissima efficax enim voluntas, si modo in agendo non impediatur omnibus offert. Qvem antecedentem DEI voluntatem sequitur consequens seu specialis, conspicua in *prædestinatione* sive *electione* [quippe stylo hæc Scripturæ realiter non

*miseretur*  
*Deus beni-*  
*gnissimus*  
*en! volun-*  
*tatem eius*  
*antecedent-*  
*em Conse,*  
*quentem*

non differunt, cum Scripturā prædestinationem ad mortem ignoraret) quā nempe Deus ex mera gratia (non ergo ob prævisa opera, merita, aut obedientiam) quosdam secundum individua (non ergo universale hoc dicitur) homines in peccatum prolapsos (ut adeo non Angeli, neque homo integer hujus prædestinationis objectum) quos media oblata ad missuros, inque Christum finaliter credituros (non ergo absoleta hæc prædestination) prævidit, s. fidei perseverantis intuitu (fides quippe electionis decreta minime sequitur) immutabiliter (neque enim quis de sua electione dubitet, neque electus electione suā excidere poterit, licet Spiritum S. totaliter excutere, fidemque plane amittere possit, cave tamen ne finaliter dicas) salvos facere ab æterno constituit; & Reprobatione, quā ad æternos cruciatus damnare ab æterno constituit eos (non enim absolute aliquos damnationi adjudicavit) quos media salutis, inquit iis Christum pertinaciter ad finem usque rejecturos prævidit. Ut adeo absurdè, nullam in homine reprobationis causam, nonnulli statuant.

*Proinde per  
verbum Le-  
gis*

Th. V. Sicuti autem media, ad salutem à parte Dei ducentia, Verbum & Sacra menta, ita illud *Lige & Evangelio* absolvitur. Lex nimurum, *quatenus Universalia*, est illud Dei mandatum, quod homini (non brutis quoque aut bestiis) vel primitus per naturam impressum dirigebat ac obligabat ejus conscientiam, ad faciendum quod rectum & honestum, & omitendum quod injustum & turpe; vel illi quasi superaddita (cum magna legis naturalis pars, corrupta per peccatum natura, esset obliterata) æterna, perfecta & immutabilis justitiae divinae regula in monte Sinai repetita, Decalogo, epitomata, obligans omnes omnino homines ad perfectissimam ejus obedientiam; quæ nec à Christo quoad nonnulla abrogata, neque novis adiuncta, perpetuo (licet quoad rigorem exactio nis abrogata) durat; & quanquam servatu impossibiliis (falsum enim post lapsum nos legem implere, nedum plus, quam lex præcipit, facere posse) omnibus tamen adhuc, etiam renatis, inculcanda est. *Quatenus particularia*; est vel *Ceremoniale*: quā iussu ipsius Dei (adeoque etiam sacrificia non ex naturæ dictamine, sed institutione divina originem trahunt) populus Israeliticus V. T. certis ritibus ac ceremoniis

34

moniis in Sacrificiis potissimum, Sacramentis, diebus festis, cibo  
potu, aliisque observandis, erat adstrictus, ut beneficio typorum  
ad Messiam (quo apparente abrogata hæc lex) deductus, pecca-  
torum immundiciem agnosceret, gratiamque fœderalem medi-  
antibus sacrificiis (quà externum opus inefficacibus, quà typicam  
vero virtutem, efficacibus) fide sibi applicaret; vel *Forensis*, quæ  
est instituta a Deo ordinatio politica, in quantum Judæos respi-  
cit abrogata, concernens populi illius V.T. judicia forensia, ex-  
ternamque ejus disciplinam.

Th. VI. Legi contradistinguitur *Evangelium*, non ita qui-  
dem: ut hoc spirituales, illa corporales tantum contineat promis-  
siones, neque quod hoc omnibus gentibus, illa uni tantum sit  
lata, neque quod nova sit novi Legislatoris lex (hoc enim nomi-  
ne *Evangelium* salutandum non venit] sed inter alia in hoc præci-  
pue: quod Lex Doctrinam operum, hoc v.gratiæ & fidei com-  
plectatur, illa accuser, terreat, hæc consoletur. Complectitur qvip-  
pe *Evangelium* (quod malè, si stricte sumas, concione in pœnitenti-  
æ dixeris) doctrinam antiquissimam (nam idem illud quoad  
substantiam *Evangelium* in V. quoque T. fuit, unde homines  
ante Mosen per solam naturæ legem, post Mosen lege Mosaicâ sal-  
vatos, haud absque errore statuēt) certissimam (cave enim dixe-  
ris, Deum signis illud beneplacito contrariis revelasse) gratiostis-  
simam (non enim nostram supponit obedientiam) universalis-  
simam (ad omnes quippe pertinet) meritum Christi, partaque  
eodem omnis generis beneficia, omnibus offerentem, iisque, qui  
oblata sibi beneficia verâ fide amplectuntur, actu conferentem.

Th. VII. Obsignat hanc *Evangelii* doctrinam *Sacra-  
mentum*, quod denorat actionem sacram & solemnem a Deo, & Chri-  
sto qvoad N.T. peculiariter institutam (a quâ institutione omnis  
ejus virtus unice pendet) quâ ordinariè (secus enim se res habet  
in necessitatibus casu) per Ecclesiæ ministrum (cujus qualitas  
ipsi Sacramento, uti nil confert, ita neque quicquam derogat) cum  
visibili ac divinitus determinato, cumque verbo institutionis con-  
juncto, elemento, bona ac dona cœlestia, vi promissionis  
annexæ, Deus omnibus juxta institutionem utentibus offert, verâ  
fide autem accipientibus (ex opere enim operato nullus salutaris  
usus)

*Evangelii*

*& Sacra-  
menta, ut in  
V.T. Circum-  
cisionis & A-  
gnipashalio*

usus) confert (ut ergo sacramentum non sit nudum tantum signum significans) imo ob-signat. Talia in V. T. efficacia (absit enim, gratiam illa non contulisse, dicere) fuere duo Circumcisio effusionem sanguinis Christi præfigurans, eoque exhibito abrogata, & Agnus Paschalæ; exclusis omnibus aliis, seu sint consecrationes sacerdotum, seu purificationes, seu expiations; multo minus in statu innocentiae Arbor vitae Sacramentum erit. Itemque in N.T. duo tantum Baptismus & S. Cœna.

Th. VIII. Baptismus uti ab ipso Christo institutus (non ita in N.T. enim libere Apostoli usurparunt) ita etiam necessarius, licet non Baptismi necessitate absoluta, medii tamen & præcepti, & a Johannis baptismo, æque efficaci, non distinctus, primum est N.T. Sacramentum, quo Deus ordinariè per Ecclesiæ ministrum (extremæ vero necessitatis tempore quivis aliis, seu viri, seu feminæ administrare baptismum poterit) omni homini vivo, nato (quid enim obstat quo minus infantes baptizandi) non resistenti (neminem enim rapias) mediante aquæ, (nulla alia adhibenda materia, nec ea ipsa certa demum ratione consecranda) cum re cœlesti, Spiritu S. unitæ sive immersione sive aspersione (unâ aut trinâ nil interest) facta in nomine Patris Filii ac Spiritus S. (non alia substituatur aut addatur formula, sed expressè trium personarum fiat mentio, necesse est) fidem (quam in infantibus, qui ante baptismum nec sancti nec in fœdere sunt, accedit Spiritus S.) & gratiam foederalē offert, & credentibus confert ac ob-signat, ut adeo semel ritè collatus baptismus iterandus non sit.

Th. IX. Alterum N.T. Sacramentum est Eucharistia ultimâ ante mortem cœnâ à Christo instituta, in quâ homini Christiano, qui se ipsum probare tamen potest, per ordinarium Ecclesiæ ministrum (quippe ne tempore necessitatis quidem aliis est admittendus) mediante vero ac proprie dicto pane (cujuscumque sit farinæ speciei, aut formæ, itemque seu ante cœnam, seu in cœnâ frangatur, parum interest) benedicto ac consecrato, verum ac substantiale corpus Christi, & mediante consecrato calice, (ne laicis quidem subtrahendo) vino (nulla enim alia adhibenda materia, aut alia admiscendaveris atque substantialis ejus sanguis, ore corporis (a spirituali enim mandatione aut bibitione distinguitur hæc manducatio & bibitio) vi uni

40

VI. unionis sacramentalis, quæ omnem transubstantiationem aut consubstantiationem excludit, modo tamen supernaturali nobisque plane incomprehensibili, manducandum & bibendum verè, (verbis absque omni tropo acceptis) exhibetur, adeò ut indignis etiam materia cœlestis, corpus & sanguis Christi, porrigitur, solis autem fidelibus remissio peccatorum obsignetur, fidesq; confirmetur, ut sacrificii semel oblati (qvippe denuo facta oblatio locum in hoc sacramento non invenit) recordentur. Quemadmodum autem extra usum sacramentalem unio ista inter materiam cœlestem & terrestrem cessat, ita circumgestandas aut adorandas consecratas hostias improbamus.

Th. X. Ecclesia in his terris militans constat cœtu hominum (cui Ecclesiam admixti qvoq; non sancti ac hypocritæ) divinitus vocatorū, unum sibi colligit corpus, cuius caput Christus, (non alias visibilis, aut Pontifex) constitutum, & in unitatem Doctrinæ ac usum sacramentorum (non semper rituum ab hominibus institutorū) consentientium, in quo tamen soli verè credentes viva sunt membra. Qui cœtus ratione externæ fidei professionis *visibilia*, ratione internæ fidei *invisibilis* dictus, quatenus universaliter consideratur, in fundamento fidei simul aut semel non erravit, errat, aut errabit, nec deficere poterit; secus autem quatenus particulariter, ut cœtus nonnullorum fideliū, consideratur. Est autem hæc Ecclesia una, quatenus omnia ejus membra ab eodem principio, per eadem media, in eadem ad eundem finem adoptantur, *sancta*, quatenus ipsis membris sanctus sanctorum sanctitatem suam imputat, in iisdemque sanctitatis studium operatur, *catholica*, quatenus omnes omnium temporum & locorum fideles, catholicam doctrinam suscipientes comprehendit, notabilis pura verbi prædicatione, & legitimâ Sacramentorum administratione. Qvæ nonnunquam per Concilia, (ad unitatem doctrinæ servandam, & ad disciplinam corrigendam necessaria), sive cœtum Doctorum, convocatum per eos, penes quos convocandi jus (qvod Pontifici denegamus) & iuxta verbi Dei normam de qvæstionibus circa dogmata fidei, & mores ritusq; Ecclesiasticos, tractantem, reprezentatur.

Th XI. Ecclesia certos complectitur status Chori, Fori, ac Tori. *Chori Status est Ministerium Ecclesiasticum*, officium illud sacram qvod ex institutione divinâ certis idoneis (non enim qvivis plebejus, aut foemina admittenda) riteq; à totâ Ecclesia, ad quam

D

con-

*ejus status  
Ecclesiasticus  
politicus &  
economicus*

convocandi jus (non ergo Magistratu vel plebi tattum competit) per se & suā naturā (cum per leges positivas aut pacta convenia res aliter se habere possit) spectat, vocatis concreditur, ut peculiari potestate tum ordinis (quā verbum Dei auditoribus inculcant, ac sacramenta dispensant) tum jurisdictionis (quā clavibus, in pœnitentes au- tem à peccatis, non annuntiativē tantū, sed & effectivē absolvendi, utuntur, piāmq; exercent disciplinam) de mandatum sibi munus decenter administrent. *Fori* status est *Magistratus Politicus*, seu officium illud civile publicum, utiq; necessarium, qvō ex institutione divinā (quid ergo obstat, qvō minus bonā illæsaq; conscientiā geri possit;) certis, sive fideles illi sive infideles, commissum perlonis, qvo juxta potestatis, cum circa civilia, tum circa Ecclesiastica (quantum ad externam gubernationem) sibi concessa, & legum (juxta quas publica, etiam capitalia judicia meritò excent) mensuram subditorum tam privata, qvām publica promoveant commoda. *Fori* Status est *Conjugium*, cuivis, adeoq; etiam clericis, non tamen cum quāvis (nonnunquam enim consanguinitatis gradus, ob illud in Levitico extans, & nos qvoque obligans interdictum, prohibet) concessum, qvō ex institutione divinā unus mas & una fœmina (Polygamiam quippe merito vitamus) per debitum consensum tum personarum inter se contrahentium, tum parentum, aut qui eorum loco sunt, indissolubiliter (nisi mors, adulterium, aut malitiosa desertio solvat) coēunt, ut humanum genus procreatione sobolis conservetur, mutuumque adjutorium obtineatur.

## DISP. V. DE ΜΥΣΤΗΡΙΟΛΟΓΙΑ & ΕΣΧΑΤΟΛΟΓΙΑ.

Th. I.

*Et enim cum homo spiri-  
tu alter sit  
mortuus,* **E**o quidem penitissima peccati pervenit depravatio ut tantum absit, ut omnia Dei mandata naturalibus homo viribus implere valeat, ut potius ad bonum morale debilitatā remanet enim libertas non tantum contradictionis, sed & contrarietatis s. specificationis) ad spirituale vero plane amisā arbitrii libertate, spiritualiter sit mortuus, & se ipsum neque præparare (non enim irregenit motus spirituales inchoant, ut ab iis initium

um, à Dō sit complementum) nēque prævenienti Spiritus S. gratia, seu illud fiat obtemperando, seu assentiendo, cooperari (male ergo Spiritus S. gratiam, & hominis voluntatem *causas socias* dixeris) imo vero naturaliter resistere (cave enim irresistibilem tibi fingas gratiam) possit. Si autem malitiosè non resistit, ac eā se ratione converti patitur, novis instructus viribus, voluntateq; non amplius ad malum determinatā, liberè spirituale bonum non tantum eligere, sed actus à Spiritu S. ipse quoque agere, fidemq; suam per omnia, licet haud absque carnis luctā demonstrare potest.

Th. II. Et quemadmodum salutis nostræ cupidissimus *Gratia Spiritus, eun-*  
Deus Pater æterno consilio eandem nobis destinavit, Filius me-  
rito suo destinatam acquisivit, ita Spiritus S. acqulitam benignis-  
sime offert. Et hujus quidem applicatrixis gratiæ primus gradus  
siet *vocatio*, qvā Spiritus S. (appropriativè qvidem; non excluso  
Patre aut Filio) ex benignissimâ erga lapsos voluntate per suffici-  
entem ac efficacem verbi prædicationem omnes omnino homi-  
nes (quippe universalis hæc gratia, nulli individuo, imo vel to-  
ties in peccatum prolapsis denegatur) licet inæquali sèpius  
modo (absit tamen ex absoluto quodam Dei decreto, & non poti-  
us ob justissimas, ipsiq; Deo optimè cognitas, causas illud fieri con-  
tendas) eā seriâ intentione invitavit, præprimis Apostolorum, in  
universum terrarum orbem exeuntium, tempore, & hodienum  
invitat, ut omnes per Christum salventur.

Th. III. Alius gratiæ applicatrixis actus est *Regeneratio* (qvæ, *Regenerat,*  
strictè sumpta, à conversione ut latius à strictiori differt) qvā  
Spiritus S. ex merâ, Christi meritum respiciente gratiæ, homini,  
tam adulto, qvā m infanti, in peccatis mortuo (ad intellectum o-  
mninò cœco, ad voluntatē impotenti) vitam spiritualem largitur  
(non ergo ipsa hominis substantia immutatur) h. est intellectum  
ad salutariter agnoscendum objectum salvificum capacem reddit,  
voluntatem ut in agnito bono fiducialiter acquiescat, dirigit, ver-  
bo: vires credendi ac fidei salvificæ per verbum & sacramenta  
suppeditat. Quam gratiam quemadmodum per proæretica læ-  
pius peccata renatus excutit (uti re ipsa prorsus amittere potest)  
ita etiam reiterari posse certò dicimus.

Th. IV Progreditur ulterius gratia hæc applicatrix ad *Conver-*  
*sionem*, qvæ si activè consideratur (qvatenuis ipsam Spiritus S. ope-  
rati-

rationem denotat) hæc est: quā Spiritus S. ex mera, meritum Christi respiciente, gratiā hominem adulsum (differt ergo à regeneratione, quæ in infantibus quoque locum habet), in peccatis mortuum ex statu peccati in statum fidei, per verbum (cujus vis interna à virtute Spiritus S. non differt, quippe adeò ipsi Spiritus unitus, ut Deus per Verbum cum verbo, & verbum cum DEO ex vi divinitus inditā agat) vi quidem, ut resistibili, ita supernaturali (minime persvassione morali, vires liberi arbitrii supponente, transfert. Hæc gratia licet unica variis tamen distinguuntur gradibus. Concurrit nempe Spiritus S. præveniendo, quā objectum salvificum proponendo, primos homini, non dormienti saitem, sed plane mortuo, ad cogitandum de conversione suā, stimulos indit; preparando, quā admittentem stimulos amplius præparat, inhibendo ac refrænando repugnantiam illam, ut media conversionis admittat; operando, quā admittenti media adfistens, vires supernaturales ad agnoscendum ex lege statum suum largitur; Cooperando, quā voluntatem viribus supernaturalis ornatam confortat; excitando, quā intellectum ad assentum verbo Dei præbendum, voluntatem ad apprehendendum fiduci. aliter meritum Christi, appetitum sensitivum ad compunctionem ob admissa peccata instigat, propositumq; conversionis efficit; efficiendo, quā actu tandem convertit. Quemadmodum autem Spiritus S. activè, ita homo mera passivè sese habet. Inde conversione passivè considerata s. lapsorum pœnitentia (quam N. T. Sacramentum male dixeris) est, quā homo per vires in conversione acceptas supernaturales de peccatis, ex lege Dei agnitus, seriò dolet; quæ prior pœnitentiae essentialis pars contritio: & meritum Christi verâ fidei, per verbum Evangelii excitatâ, assentiendo fiducialiter apprehendit sibi qve applicat; quæ, cum tertia non deretur, posterior pœnitentiae pars.

*Justificatio,*

Th. V. Conversionem lequitur *justificari*, non physicè pro reali cordis mutatione (quā per infusionem justitiae ex injusto justus, s. per augmentationem ex justo magis redditur justus) sed in sensu forensi sumpta, quā ex mere gratuito in nos favore (non ex infuso charitatis aut sanctitatis habitu) Deus ob perfectissimam tam activè quam passivè pro nobis præstatam (non ergo absolutè) Christi obedientiam, (extra quam nullam aliam i. de condigno s. con-

42

congruo agnoscimus causam meritoriam), per fidem, meritum Christi, eique innixas de remissione peccatorum promissiones, assentiendo apprehendentem, sibi que in individuo fiducialiter applicantem (non enim solo assensu omnis fidei ratio, multò minus nostrā obedientiā absolvitur) solam, exclusis omnibus nostris, quocunque veniant nomine, meritis, hominem peccatorem, eodem prorsus in utroque T. modo, à peccato non tantum ita ab solvit, ut iustitiam non imputet, sed etiam instantum iustum pronuntiat (inhärentem enim nobis essentialē Dei iustitiam, ignoramus) in quantum iustitiam Christi eidem imputat. Concludimus ergo iustificatum h. m. indubitatō, de remissis sibi peccatis, deque gratiā Dei, certitudine fidei divinæ, certum esse posse.

Th. VI. Justificationem demum insequitur (non præreqviriatur) *renovatio*, scilicet, qvæ nobis convenient *sanctificatio*; qvā Spiritus S. per & propter Christum, hominem renatum, jamque per fidem iustificatum, ulterius mutat, (non quidem qvoad ipsam substantiam, sed) mentis errores depellendo, voluntatem corrigendo, appetitum ad prava inclinantem cohibendo h. e. carnem cum concupiscentiis indies crucifigendo; ut interior animæ sanctitas, licet ad summam in hac vita perfectionem pervenire nequeat, qvotidianie tamen incrementa capiat per exercitium bonorum operum, qvæ quatenus iuxta legem divinam (non è dictamine rectæ rationis aut legis naturæ, sed) ex inhabitante Spiritus S. gratiâ, aut supernaturalibus acceptis viribus, & fide (absq; enim illâ displicant) proveniunt, Deo non tantum placent, sed etiam necessaria, licet non ad salutem, per modum meriti, promerendam, nec, per modum mediæ, acqvirendam, nec, per modum conditionis sine qvâ non, ex mandato tamen & debito, Dei, nostri, ac proximi causâ.

Th. VII. Novissimis annumeratur *Mors*, per Diaboli seductionem, Protoplastorumque lapsum introducta, impia ut pœna, piis vero ut somnus æstimanda, per quam naturali inter animam & corpus vinculo, aut naturaliter aut præternaturaliter, soluto, corporeque, corruptendo evidenter, non tamen prorsus annihilandō, ad sepulturam relictō, animæ immortales, beatorum, ad essentialis beatitudinis fruitionem (quippe neque dormitant, neq; insensiles sunt, neque quendam tantum prægustum sentiunt, neque commorantur in fictio quodam limbo) re-

*renovat seu  
sanctificat.*

*Ez a n d o -  
yia comple  
ditur mor-  
tem & resur-  
rectionem.*

D<sub>3</sub>

probō-

proborum vero, ad summos statim (non initia tantum) inferni cruciatus perducuntur. Et *Resurrectio* illa universalis certò futura, & in Scripturis fundata, quâ Deus virtute omnipotenti omnium, etiam impiorum, corpora defuncta, eadem quidem numero & substantiâ, licet spiritualibus novisque vestita qualitatibus, è pulvere excitabit, animabusque reduniet, ut servato sexus discrimine (omnes enim foeminas exceptâ Mariâ, virili sexu resurrecturas, absurde nonnulli somniant) & eâ (quod probabilius videatur) in quâ obierunt, staturâ, pii quidem ad gaudia, impii ad supplicia perveniant.

*Judicium extreum*

Th. VIII. *Judicium extreum tempore*, soli Deo cognito, inopinato, variisque tum communibus tum propriis signis praedicto, futurum est, quo Christus *Iesus Christus*, etiam secundum humanam naturam, visibiliter in nubibus apparet, omnes omnino homines (quippe omnes tam pii quam impii tam mortui quam vivi coram tribunali ejus sistentur) & Angelos malos, secundum fidem & incredulitatem, & quicquid fecerunt in corporibus boni & mali exactissime (quo tamen modo, quoque ordine, experientia melius docebit, quam hominum intelligentia ad capiendum valet, cum Augustino dicimus) pios quidem omnes, unumquemque tamen in suo, ratione graduum, ordine (certos nimirum gloriae speramus gradus) ad ineffabilem inamissibilemque gloriam, quâ Deum (num quoad ipsam essentiam, experientia docebit:) intueri, eum perfecte diligere, summoque bono aeternum frui possint, perducens; impios vero ad acerbissima protrudens supplicia, quibus à beatificâ illâ Dei visione, omniumque bonorum fruitione exclusi, quivis pro scelerum mensurâ (& hic enim certi quoad paenam sensus, gradus) sine spe veniae aeternum (quo in loco, quibusve aliis circumstantiis miserrimis illis experimentum relinquimus) modo ineffabili cruciabuntur.

*& seculi hujus consummationem*

Th. IX. Peractum demum judicium inequitur *seculi hujus consummatio*, certò futura, quippe mundum falso nobis aeternum imaginamur; quâ omnipotenti Dei verbo totum hoc universum (ne cœlis quidem stellato, vel empyreo, mari, aut alio, praeter Angelos & homines, excepto corpore) quoad ipsam substantiam, (non qualitatum tantum alteratione, aut immutatione,) igne consumptum, penitus annihilabitur.

Et sic erit hujus seculi

F I N I S.

43

*Prae*eximio & solertissimo  
DN. RESP. AUTORI  
FELICITER!

**C**orde quis est purus & sed Tu tamen ecce & bis & ter  
Esse studes talis, purus & ore doces.

*LM<sup>as</sup> gratulatur*  
† PETRUS BECCERIUS; quanquam inter occupat. quippe ipso Sere-  
Anagr. nissimi PRINCIPIS FRID. WILH. Natali  
Ecce bister purus. jamjam Cathedram consensurus

**A. D. HABICH HORST, D.**

*Clarissimo Dn. Respondenti.*

**D**um vigili studio noctuque diuque laboras  
Atque placet libris incubuisse sacris,  
Ut fias celebri qvondam, BECCERE, Parente  
Doctrinâ haud posthac, nec pietate minor,  
Qvis dubitet patriæ benē spem gratarier istam  
Atqve decus, studiis qvod parat illa tuis?

*Solidam in studio Theol. eruditionem, erebrag, ad  
aliorum exemplum specimina, gr. Becceriani  
nominis ingenuus cultor*

**JO. FECHT, D.P. Sup. & Consist.A.**

**M**An Tugend und der Fleiß sich so zusammen findet /  
Dass jederzeit der Fleiß / der Tugend reicht die Hand  
Ja wan die Klugheit selbst / in dieser Kett' sich bindet  
So wird gewiss, daraus / ein wertgeschätztes Band  
Das diesem / der es führet  
Mit höchster Ehre zieret.

Weit höher aber ist ein solches Band zu schätzen  
Das von den Vätern schon so fest gebunden hält/  
Und tragen Ruhm davon wan sich daran ergehen  
Die von dem Stämme sind/ alswelchen nur gefällt  
Wie sie mit höchsten Ehren  
Auch die Fußstapfen mehren  
Dis

Dich kan ich / Liebster Freund/an Ihm g anh klärlich zeigen.  
Da Tugend/mit dem Fleiß/ ja Klugheit und Verstand  
So fest verbunden sind/es kan hieniemand schweigen  
Weil jeder mānniglich zur gnüge schon bekandt/

Dass er die Tugend liebet  
Auch in dem Fleiß geübet.

So nehm er dieses Band/darin Er herlich grünnet/  
Das auch die Tugend selbst zum Lohn Ihm zugedacht  
Ich meine Lob und Ruhm das er schon längst verdienet  
Da er mit höchster Ehr/den Fleiß zum Zwey gebracht

Kompt/helfst mir Blumen finden  
Den Ehrenkrantz zu binden.

Mit diesem in höchster Eil ganz schlecht entworffnen Zeilen  
hat seinem liebsten Herkens Freunde/bey vielfältiger höchst  
rühmlichst abgelegter Probe von Herzen grat. wollen

JOHANN CHRISTOPH. JAUCH, S.S.Theol.Stud.

**S**r hat es wol gemacht: So hieß zu allen zeiten/  
**G**an Er mit höchsten Ruhm von dem Catheder kam/  
**G**Wer kann den anders wol/ als seinen Ruhm ausbreiten/  
Da er den größten Ruhm / von den Gelehrten nam/  
Nun ist getreffne ein/ was man von Ihm gedacht  
Ich wünsch von Herzen Glück: Er hat es wol gemacht.

Mit diesen ganz wenigen Zeilen hat bey rühmlichst vollbrach  
ter Probe seiner bisher vollgeföhrten studien von  
Herzen Glückwünschen wollen

CASPARUS DANIEL SCHWASMANN, S.S.Th.Stud.

**S**i posset Virtus, inquit Plato, nuda videri;  
Mirus in hanc hominum conciperetur amor.  
(Nuda satis nostrō spectatur tempore Virtus,  
Cur ē quia Virtutis tām modō friget amor.)  
Sub Te quā latuit Virtus, Doctrinaque multa  
Effatum verum reddidit hocce Sophis  
Nudam monstrasti doctris. Hinc ergo Bonorum  
Gratulor! In Te jam flammiger extat amor.

Litò sed longō animō/sagissimo Commensali S' Amico  
omnium optimo ponebat

C. B. CRUSEN, S. S. Theol; Studios,







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn733814964/phys\\_0038](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733814964/phys_0038)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn733814964/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733814964/phys_0039)

DFG




congruo agnoscamus causam meritoriam] Christi, eique innixas de remissione peccati assentiendo apprehendentem, sibi que in implicantem (non enim solo assensu omnibus nostris obedientia absolvitur) solam, ex quocunque veniant nomine, meritis, h. eodem prorsus in utroque T. modo, à ita absolvit, ut injustitiam non imputet, statim pronuntiat (inhärentem enim nobis tiam, ignoramus) in quantum justitiam. Concludimus ergo justificatum h. m. inducatis, deque gratiâ Dei, certitudine fieri posse.

Th. VI. Justificationem demum intratur *renovatio*, f. qvæ nobis convenienter. Si per & propter Christum, hominem rea justificatum ulterius mutat, (non quidem am, sed) mentis errores depellendo, voluntarium ad prava inclinantem cohibendo cupientis indies crucifigendo; ut interior ad summam in hac vita perfectionem per die tamen incrementa capiat per exercitium qvæ quatenus iuxta legem divinam (non enim aut legis naturæ, sed ex habitante Spiritu naturalibus acceptis viribus, & fide absq; cœveniunt, Deo non tantum placent, sed etiam ad salutem, per modum meriti, promerentur, acqvirendam, nec, per modum corporis ex mandato tamen & debito, Dei, nostri,

Th. VII. Novissimis annumerat ductionem, Protoplastorumque lapsum immna, piis vero ut somnus aestimanda, per quam & corpus vinculo, aut naturaliter aut luto, corporeque, corrumpendo, equidem annihilando, ad sepulturam relicto, animarum, ad essentialis beatitudinis fruitionem tant, neq; insensiles sunt, neque quendam sentiunt, neque commorantur in fisticit.

D<sub>3</sub>



the scale towards document

meritum nissiones, aliter ap- multò mi- us nostris, catorem, n tantum antum ju- Dei, ultim- imputat. missis sibi certum esse.

præreqvi- renovat seu  
à Spiritus sanctificat.  
per fidem substanti-  
endo, ap-  
cum con-  
titas, licet  
at, quoti-  
operum,  
ctæ ratio-  
aut super-  
cent) pro-  
liget nomi-  
nrum modum  
qvā non;  
uisa:  
diaboli se-  
iis ut poe- Ezeandro-  
nter ani- yia comple  
aliter, so- citur mor-  
prorsus, beato- tem & resur-  
re dormi- rectiunem.  
mbo) re- probo-

Scan Reference Chart TE83 Serial No. \_\_\_\_\_

Image Engineering